



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Sedes Vacans.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ra usque eo dum denique deleatur. Eodem in Concilio Eduardus exposuit se cupere ire auxilio Christianis in Asiam: & quia res ad religionem pertinebat, voluit ut sacerdotes pecuniam suppeditarent. Postremo placuit regi similiter atque principibus illud iniurium iure iterato statuere, ne cui hominum liceret dare pradia collegiis monachorum: neve liceret monachis, aut aliis sacerdotibus, emere possessiones. Superuenit tandem legatus, & una cum Ioanne Beccano archiepiscopo Cantuariensi sibi adiuncto, regem iniquitatis atque impietatis redarguit, legemque abrogare, & ecclesiis, ecclesiasticisque rebus ac personis libertatem restituere coegit.

CONCILIVM MEDIOLANENSE  
PRO AVXILIO TERRÆ SANCTÆ FERENDO  
congregatum anno Domini M C C X C I.  
tempore Nicolai papæ IV.

NOTA.

\* Concilium.] Acta huius Concilii ex Bernardo Corio Bzouitis in annalibus describit summatim his verbis: *Ad diem vigesimumseptimum mensis Nouembris huius anni Otto archiepiscopus Mediolani in ecclesia sanctæ Teclæ, Synodo prouinciali episcoporum & uniuersi cleri congregata, multa ad ecclesiasticam disciplinam reuocandam constituit, ac fratre Stephanardo ordinis Prædicatorum verba ad omnes faciente, plurimos Christi fidelium, ad auxilia terræ sanctæ a Saracenis oppressæ, auctoritate summi pontificis Cruce signauit. Dedit insuper istud salubre summo pontifici consilium, ut milites Hierosolymitani una cum Templariis & Teutonicis in vnum ordinem congregarentur, iisdem institutis viuere: & unitis armis contra barbaros dimicarent: Præsente copiis Crucesignatorum rege Galliarum. Bernardus Corius historix Mediolanensis p. 2.*

SEDES VACANS.